

o20

O alme et benignissime pater, respice de scruatio tuo
intuere hanc sacratissimam hostiam quam immolo tibi
pro peccatis nostris. et esto placabilis super multitudinem
malicie nostre. et vox sanguis fratris nostri iesu christi cla
mantis de cruce ad te. **Pat** dimitte illis quia nesci
aut quid faciunt. suscipe eum pro remissione peccatorum
nostrorum. Clamat enim sanguis christi non vindictam si
cut sanguis abel sed misericordiam. **Post elevationem**
calicis ad ora sanguinem cum inclinatione cogitas

O amabilis in omnes prole sanguis. miserere no
bis peccatoribus. amore illius caritatiue effusionis. quam
pro nobis de beatissimis vulneribus effuxisti. Et
hinc observa. quod aduersum discoopies calicem.

Unde et sic. extensis manibus legitur.

Hec extensio brachiorum crudeliter significat exten
sionem brachiorum christi. et totius corporis tribus ho
ris in cruce uiuentis. In medio duorum latronum.
Isaie. ij. et cum sceleratis reputatus est. Et clauis
manuum et pedum imitebatur totum corporis pondus.
et sic dilaceabantur et fundebantur foramina manuum
et pedum continue. Vnde si vidisses eum tam miserabili
ter pedentem defecisset anima tua pro dolore.

Unde et memores domine nos tui serui sed et 77
plebs tua sancta eiusdem christi filij tui domini dei 77
nostrum. tam beatissime passionis. nec non et ab inferis resur 77
rectionis sed et in celos gloriose ascensionis offerit 77
mus. preclare maiestati tue de tuis donis ac 77
datis hostiam ✠ **puram.** 77